Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1180
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

peritus et prudens. Dicitur namque de philosopho quod tran-
siens iuxta locum quo auceps retia tendebat avibus
decipiendis vidit mulierculam cum eo lasciviantem. Cui
et dixit: Qui aves decipere conaris, vide ne avicula
factus huiusmodi visco tenearis. Dixit quidam disci-
pulus magistro suo: Legi in libris philosophorum quibus precipitur
ut ab ingeniis femine prudens custodiat se homo. Et Salo-
mon in proverbiis hoc idem admonuit. Sed tu si super illius
ingeniis sive de fabulis sive de proverbiis aliquid memo-
riter tenes, vellem me narrando instrueres. Faciam
inquit tunc libenter. Sed vereor ne siquis nostra sim-
plicia dicta legerit carmina que de mulierum artibus ad earum
correctionem et tuarum et aliorum instructionem scribimus, invide-
rint videlicet quoniam earum nescientibus viris suos addu-
cent amasios et complectantes deosculantur adulteros
et que illarum expetit lascivia in ipsis expleant. Earum
nequitiam in nos redundare credant. Discipulus: Ne
timeas hoc magister. Ecce enim Salomon in libro proverbiorum et
multi sapientes priores earum scribendo mores talia scrip-
serunt nec culpam nec laudem inde promeruerunt. Tu si-
militer scribens de illis ad nostram utilitatem non vitupe-
rium sed coronam promereberis. Et abrogatus sine cuncta-
tione demonstra. Tunc magister: Perrexit quidam ut
vindemiaret vineam. Quod uxor eius videns intellexit
illum ~~cuncta~~ vinea diutius moraturum. Et misso nuncio
convocat amicum convivium que parat. Accidit autem quod do-
minus ramo vinee modo percussus domum cito redi-

De viro qui ivit ad vindemiandum vineam

De fraude mulierum. de vindemiatore et c...